



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

VIII. Quod si iter arreptum fuerit ante accusationem factam, non est in
causa procedendum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

Tenete ex-
communi-
cationem
post appel-
lationē iu-
ste interpo-
sitam.

appellasset, si legitime citatus non venerit, nec aliquem mi-
sit responsalem, aut etiam alias parere contemnit, & in
eum excommunicationis sententiam tulerit: tenebit ex-
communicationis sententia in eum pro contumacia pro-
mulgata, nisi agnouerit eum iudex ad audientiam no-
stram appellasse. Denique in fine quæstionum tuarum
quæris, si a ciuili iudice ante iudicium vel post ad no-
stram audientiam fuerit appellatum, an huiusmodi ap-
pellatio teneat. Tenet quidem in his, qui vestræ sunt epi-
scopali iurisdictioni subiecti: in aliis vero etsi de consue-
tudine ecclesiæ teneat, secundum rigorem iuris tenere
non credimus.

C A P. VIII. *Idem Vuigornienſi episcopo.*

Ceterum cum aliquam causam contigerit tibi, appel-
latione remota, fuisse commissam, & aduersa pars post
factam citationem iter arripuerit ad sedem apostolicam
veniendi, nihilo minus poteris in negotii cognitione se-
cundum iuris formam procedere; quod vtique si ante ci-
tationem factam iter arripuerit, non est aliquatenus pro-
cedendum.

C A P. IX. *Idem Vuigornienſi episcopo.*

Incidens
principali
præiudicat.

Super eo quod a nobis tua sollicitudo requisit, vtrum
sententia pro appellatione, quam ex incidenti quæstione
fieri sæpe contigerit, fuerit suspendenda, licet causa fue-
rit, appellatione remota, commissam: prudentiæ tuæ duxi-
mus respondendum; quod si de aliqua exceptione sub-
oriatur quæstio, & exinde appellationem fieri contingat,
eidem exceptioni erit merito supersedendum: & si princi-
palis causa sine illa terminari non poterit, ei nihilo minus
supersedeatur. Si autem aduersa pars de falsi suggestionem
in appellationem proruperit, non est sententia propter
hoc differenda, si in literis commissionis appellationis ob-
staculum inhibeat.

C A P. X. *Idem eidem in eadem.*

De appellationibus quæ in causis minimis fiunt, tuam
volumus cognitionem tenere, quod eis, pro qualicum-
que leui causa fiant, non minus in illis, quam pro maiori-